

MICHAEL HERBRAND CARMELITA:



**M**ichael Herbrand de Dürē ordinis S. Mariæ  
semper uirginis de monte Carmeli fuit. Erat  
autē uir doctissimus, atq; singulari eloquentia præ  
ditus, adeo ut non solum in uicinia, sed etiam ad re  
motiora loca et cathedrales ecclesias euocatus, ma  
xima admiratione concionaretur. postea factus est  
Prior Conuentus Cruzenacensis in diocœsi Mo  
guntina, præterea sacre Theologiæ lector. quæ of  
ficia magna diligentia optimè peregit. Itaq; apud  
Iohannem comitem Spanheimensem ultimum e  
rat in magna authoritate, ita ut ob familiarem cum  
eo conuersationem multa bona suo Cōuentui im  
petrarit. scripsit is Collationes synodales, atq; Ser  
mones de tempore & sanctis, cum alijs. floruit circa millesimum quadringen  
tesimum duodecesimum annum. Trit,